

blauas. & si essent de syrico in tali colore portarent. dormiunt super sextoria & ducunt asperiores uitam aliquibus de mundo./

Maior pars gentis prouincie cathay huiusmodi uinum bibunt. faciunt enim potationem de riso. & alijs aromatibus multis simul admixtis. & potationem hanc siue uinum tam bene & tam sapide bibunt quod est melius aliquo alio uino <sup>20v<sup>o</sup></sup> & est clarum & splendidum. & citius hominem inebriat aliquo alio uino. quia calidissimum est./

*hic sunt inter christianos  
saracenos & cathaicos v<sup>m</sup>.  
astrologos & diuinatores/*

**S**unt itaque in ciuitate cambalu inter xpistianos saracenos & cathaycos circa .v.<sup>m</sup> astrologi & diuinatores quibus magnus can quolibet ano prouideri facit de uictu & uestitu ueluti pauperibus supradictis qui continue in ciuitate eorum arte utuntur. habent enim quoddam eorum astrologium in quo scripta sunt signa planetarum/ hore & puncti tocius ani. omni itaque anno supradicti xpistiani. saraceni & cathayci astrologi. uidelicet quelibet secta per se in isto astrologio cursum & dispositionem totius ani/ set\* cursum lune cuiuslibet intuentur. nam uident & inueniunt cuiusmodi temperies secundum naturalem cursum & dispositionem planetarum & signorum ac eorum proprietates quelibet luna ilius anni producet. uidelicet in tali luna. erunt tonitrua & tempestates. in tali. terremotus in tali fulgura coruscationes & pluue multe in tali infirmitates & mortalitas & guere & discordie infinite & sic de singulis. secundum quod inuenient & dicent sic debere consequi secundum cursum & rationem nature. set deus potest facere plus & minus facient itaque quattrinos multos paruos in quibus scribent omnia que secundum quamlibet lunam euenient illo ano qui quatrini appellantur tacuini & ex quatrini istis uendunt singulum pro grosu uno cuiuslibet emere uolenti ut sciat que eueniant illo ano & qui inuenientur uerius dixisse perfectiores magistri/ habebuntur in arte & maiorem consequentur honorem item <sup>21r<sup>o</sup></sup> si quis proposuerit aliquod magnum opus inire aut ad partes aliquas proficisci pro mercimonijs aut pro quibuslibet alijs eius agendis. aut quidquid facere intenderit. uolueritque negotij finem prescire. petet ab istis dicens eis natiuitatis sue anum diem horam & punctum quia quilibet ex quo natus est primum quod docetur de eius natiuitate docetur. quia apud eos talis modus habetur nam xij anos xij signis signant primus enim signatus leone. secundus boue. iij<sup>s</sup> dracone quartus cane &c sic usque ad numerum duodecimum procedendo ita quod cum quis requiritur quando natus fuerit. tunc respondet. corrente anno leonis tali die uel nocte hora & puncto talis lune uel sicut natus fuerit & sub quo signo anni. & cum ani cursum suum duxerint usque ad signum numeri duodecimi. tunc iterato a primo signo incipiunt semper per istum ordinem procedendo. & sic cum homo requiret astrologo siue diuinatore quem finem sui intentus sequet & sibi diem horam

\* Read: secundum. cf. page xvii.